

Absolvitur idipsum eodem modo, hoc
observato, ut globus non ad elevatio-
nem poli erigatur, sed elevatio à 90°. sub-
trahatur, & residuum quod complementum
Elevationis poli vocari solet, pro elevatione
poli habeatur: ad stylum quoque ritè con-
stituendum complementum elevationis po-
li ab horâ XIIâ. numeretur.

XXVII. MACULÆ LU- NARES.

*Ægidius Stranchius P.P. in Astrognoſiâ, p. m.
118. 119.* Restat, ut de Maculis Lunaribus,
itemque de Materia Globi Lunaris, adda-
mus pauca. Refert *Keplerus Rudolphum II.*
in ea opinione fuisse, terrarum & continen-
tium Simulachra in Luna, ceu in speculo re-
splendescere & allegâsse hoc imprimis, vide-
ri sibi expressam esse in Luna *Italia*, cum
duabus adjacentibus insulis, effigiem. At
falsam fuisse persuasionem hanc facile patet:
Si enim à tali adventitia impressione istæ ma-
culæ formarentur, uno eodemque tempore,
diversæ in diversis locis apparerent, quod
adversus observationum fidem est; Quare
aliam